

21
Camerarii dictae Traë in principio de exercen-
do Officium Catapanie pro illo anno, quo
fuerint electi, fideliter, et prudenter. Et
si jurare noluerint, quilibet Catapanoru
iuratorum poenam unius augustalis Cu-
riae se noverit illaturum.

Statutum, quo Catapani debent in-
quirere, quod Buccerii non ven-
dant carnes infectas.

34.

Item, quod dicti Catapani debeant inqui-
rere, sollicite, et diligenter, quod Buccer-
ii non vendant carnes infectas, vel mor-
bosas pro bonis; et qui contrafecerit, solvat
Curiae Augustale unum, et quicumque eum
accusabit, habeat terciam partem dictae poe-
nae. Et si forte aliquis ex ementibus dictas
carnes infectas propter earum infeccionem
moritur, seu infirmaretur, quod vendens
criminaliter puniatur, et si longo tem-
pore infirmaretur absque lesione mem-
brorum, teneatur expensas emendare.

Statutum, qualiter Catapani tenen-
tur recipere pondera, et mensuras
a manibus Iudicum.

35.

Item dicti Catapani tenentur recipere pon-
dera, et mensuras a manibus Iudicum.

tae Trae leguata, et ajustata per eos, et
 ea, vel eas teneantur per consequens assigna-
 re tabernariis, bucceris, et aliis quibuscum-
 que personis res venales vendere volenti-
 bus sub sigillis eorum signatae, vel signo.
 Et qui contra fecerit, Solvat Curiae Au-
 gustale unum, et licitum sit ipsis Catapa-
 nis recipere ab ipsis tabernariis, et buce-
 riis, et aliis exteris pro assignamento cujus-
 libet ponderis, et mensurae granum au-
 ri medium. Et quod Judices tenentur da-
 re vendere volentibus mensuras a lapi-
 de infrapto.

36.

Statutum, qualiter recipienda sit
 medii tumuli, et mediae quartae men-
 sura.

Item recipiatur mensura tumuli, medii tu-
 muli, et mediae quartae a mensura lapi-
 dis magni, quae est in platea Superiori, in
 qua sunt mensurae praedictae. Et quod
 mensura litrae olei recipiatur a quartue-
 cio descendente a dicta media quarta in
 dicto lapide existente. Et qui contra fe-
 cerit, Solvat Curiae Augustale unum, cu-
 jus poenae tertia pars accusatori totali-
 ter applicetur.

Sta=

Statutum, qualiter Massarii

non tenentur recipere pondera,
et mensuras a Catapanis =

32

Massarii non tenentur recipere pondera,
 et mensuras a manibus Catapanorum ipsorum,
 dummodo quod teneant justa pondera,
 et mensuras; minus quam sit justum, poenam
 tarenorum quatuor incurrat. Si autem
 tenuerit superfluas mensuras, vel pondera,
 non teneantur ad poenam. Et licitum sit
 ipsis Massariis mutuare ipsas mensuras,
 et pondera justa illis de terra, vel etiam
 exteris quibuscumque absque aliquo metu
 poenae. Et quod ipsi Massarii vendant
 Vinum, et ipsorum res in iis ponderibus,
 et mensuris, nec non, et panem absque
 Catapanacione Catapanarum, ~~pro ut~~
 panem vendant, prout venditur panis
 per panicoculas, et tabernarios ad melio-
 rem vocem, qua venditur absque aliqua-
 ti poena. Qui etiam Massarii, pon-
 derare studeant panem, quem vendunt
 ad requisitionem Emptoris vice qualibet
 requirentis de hoc pondere Massa-

25
39:
Saverint, habeant tertiam partem poe-
nae

Item dicti Catapani habeant de omnibus poe-
nis, ad quas incurrant inquirendi, et denunci-
andi per eos non tenendo iusta pondera, et men-
suras tertiam partem eorum commoditatibus
applicandam pro eorum fatigiis, et expensis,
dummodo probare non desinant quae opponunt.

¶ non solum ipsis Catapanis sit licitum tales
utentes falsis ponderibus, et mensuris accusare,
Sed aliis quibuscumque liceat tales utentes fal-
sis ponderibus, et mensuris accusare, et pro hac
accusa acquirere tertiam partem dictae poe-
nae eorum commodis applicandam.

Statutum de modo tenendo circa Catapana-
riones Carnium

40:
Item dicti Catapani teneantur Vocare Syndicum,
Bajulos, et Iudices dictae terrae, ac alios aliquos
probos viros, atque discretos, et una insimul face-
re axisias, et Statutum praecium statuere in qua-
da carta quam, et qualiter carnes animalium sint
vendendae, considerata temporis qualitate, et
valore carnum earundem, et aliarum rerum, quibus
axisiae sunt fiendae. ¶ deinde per ipsos Bajulos
mandetur Bucceris, et aliis quibuscumque de
terra, vel Casalibus, ut praedictas axisias debe-

ant

26
ant mundabiliter observare ad poenam tarenorū
quatuor exigendam a quolibet ipsius axisiae trans-
gressore per Bajulos praelibatos.

41. Statutum quod nullus Catapanus audeat cata-
panare carnes cujuscumque animalis sine con-
silio, et consensu duorum proborum virorum.

Item, quod nullus Catapanus audeat Catapanare car-
nes cujuscumque animalis sine consensu, et con-
silio duorum proborum virorum. Qui contra fece-
rit, poenam tarenorum duorum Luriae severe co-
gatur, et Universitati praedictae terrae tantumdem.

42. Statutum, quum Catapani non reperiri-
tur in Terra

Item si contingat, Catapanos ipsos non esse in
Terra Laurini, quod buccerii accedant ad Camera-
rium ipsius Terrae, vel unum de Judicibus, et ipsi,
vel eorum alter una cum duobus probis viris cata-

panent dictas carnes juxta tenorem Capitulorum
in talibus fiendorum super catapanacionem car-
nium, vel ad eorum arbitrium, pro ut eis op-
portunum videbitur, et condignum. In casali-
bus vero vadant ad duos probos viros, et sic fiat.

Item si Camerarius vel Judices non essent in Ter-
ra, vadant ad unum, vel duos probos viros, et cu
consilio eorum Catapanent carnes praedictas.

21.
DE VENATIONIBUS

Statutum, quod cuilibet venatori sit licitum
vendere carnes venacionis cui voluerit. 43.

pro revendendis

Statutum, et ordinatum est, ut supra, quod cuilibet Venato-
ri de Laurino, vel Casalibus, vel etiam extero licitum
sit, venacionem, quam habere eum contingit, vendere,
vel vendifacere Bucceriis, vel aliis quibuscumque pro
revendendis in macello, et tum dicti buccerii, et a-
lii vendant ipsorum venacionum, prout fuerint eis
catapanatae per Catapanum ad pondus. Et si ipsi
Venatores voluerint ipsas carnes vendere in macel-
lis, faciant eas catapanare a Catapanis. Et si
ipsi buccerii, et Venatores ipsius Catapani non ser-
vabit axisiam, quas sint vendendae carnes ipsae,
poenam tarenorum quatuor qualibet vice pro quo-
libet ipsorum Curiae solvat. Ad quarum poenaru
exactionem procedatur absque accusa.

Statutum contra venatores, et balistorios no-
sentes vendere carnes in Terra, in cuius teni- 44

mento facta est venacio
Statutum est etiam, quod Venatores balisterii Sin-
gulas venaciones, quas fecerint in tenimento Lau-
rini, portent integras ad vendendum in Ter-
ra

ra Laurini, vel saltem tres partes ipsarum. Et qui
 contrafecerit, unius Augustalis poenam solvat. Sed
 quarum poenarum exactionem procedatur absque
 accusa.

DE BUCCERIS, TABERNARIIS,
 COBISERIIS, PANICOOCULIS, ET

45: **MASSARIIS**

Statutum, quomodo buccerii tenentur ex-
 trahere stercora extra Terram

Statutum, et ordinatum est, ut Supra, quod buccerii
 Laurini, et Casalium Plaginarum teneantur, et de-
 beant extrahere omnia stercora animalium occi-
 dendorum per eos, v3: illi de Laurino extra ter-
 ram, et vias primarias; et illi de Casalibus ex-
 tra Casalia, et vias primarias, nec non et Sangui-
 nem animalium occidendorum per eos. Et qui
 hujus Capituli violator extiterit, unius Augusta-
 lis poenam incurrat, cujus poenae tertia pars accu-
 santi totaliter acquiratur.

46: Statutum contra Corbiserios non projicientes
 calcinarium, molitium, scalcinaturas, et
 pilos pellium extra terram

Item quod Corbiserii Laurini, et Casalium Plagi-
 na-

29

narum omni tempore anni teneantur extrahere
extra terram, et muros ipsius terrae, atque vias
primarias illi de Laurino; et illi de casalibus ipsis
extra ipsa casalia, et vias primarias calcinatium
mollicium, scalcinaturas, et pilos pellium radendo-
rum per eos, atque omnia stercorea, quae proveniunt
ex dictis calcinario, et mollicio. Et qui contra fecerit,
solvat Curiae Augustale unum. Et nullus ipsorum
audeat radere pelles nisi intus domos eorum
posito aliquo vase, in quo colligantur dictarum
pellium pili, et sordes. Et si completo ipso servicio
statim non extrahet dictas sordes, et pilos, poena
duorum tarenorum incurrat. De quibus poenis
accusator terciam partem habebit. Et qui solent
de nocte committi fraudem, ubi probari non pos-
sit, licitum sit bajulis, per indicia inquirere, et
procedere contra eos.

Statutum contra buccerios, qui vendunt car-
nalia sana, mensinas, et quarteria. 43.

Item, quod nullus buccerius de carnibus, quas ve-
nales fecerit, audeat vendere carnale sanum,
vel mensinam, vel quarterium, nisi ad rotulum
minutum unicuique emere volenti, excepto, si co-
pia fuerit carni, quod cives sint muniti car-
nibus, vel aliquis vellet convivare, vel operarios
conducere, aut conservare, vel condicio ementis
esset, qui talia facere vellet. De quorum con-

vivio, operariorum conducone, vel conseruio facien-
do, sacramento stetur, quibus tunc dicto sacramento
recepto liceat vendere ad grossum sine poena. Et
qui huius capituli transgressor fuerit, curia et tave-
nos quatuor solvat. Eademque poena teneatur buc-
cerius, si vendiderit eam dividenti infra se, et
alios, vel emerit carnale sanum; vel in parte ste-
terit in emendo, vel vendendo carnali sano cu-
juscumque animalis cum hominibus aliquibus;
Sive ipsum animal sit de bucceria sua, sive
mercancia, seu quomodocumque peruentum,
dummodo quod ipsum carnale sit valoris gra-
norum decem, et ultra, alioquin dicta poena non
plectetur. Si tamen buccerius non procuraverit
empcionem dicti carnalis, et per alios fuerit requi-
situs de parte sua recipienda, quum non esset
vistum quod removeatur a comunione aliorum,
non teneatur ad poenam.

48: Statutum contra buccerios, et tabernarios, qui
non recipiunt pondera, et mensuras per ma-
nus catapanorum.

Item, quod buccerii, tabernarii, et alii volentes ven-
dere vinum, carnes, et res alias teneantur recipere
pondera, et mensuras a manibus catapanorum ad-
justatas, et extimatas; massariis dumtaxat exceptis.
Et qui contra fecerit, solvat Curiae Augustales unam,
de qua poena accusator terciam partem habebit.

Statutum contra buccerios non tenentes pon-
dera parva, et ~~in~~ minuta in planta

49.

Item, quod quilibet buccerius, quum vendiderit car-
nes, in planta sua teneat parva pondera, et
minuta, v3. rotulum, medium rotulum, tertium
rotulum, et quartum rotulum. Ita quod cuilibet
emerere volenti vendat de ipsis carnibus quanti-
tatem, quam voluerit. Et qui contra fecerit, solvat
Curiae tarenos auri duos, de quibus accusator
terciam partem habere possit.

Statutum contra buccerios, qui reservant sem-
per de carnibus, quas vendunt, ultra quatuor
rotulos.

50.

Item quod nullus buccerius de carnibus, quas
venales fecerit, retineat ad opus suum ultra ro-
tulos quatuor pro quolibet animali interficiendo
per eum, et qui contra fecerit, solvat Curiae tare-
nos quatuor, cujus poenae medietatem Accusans
habeat ipso facto.

Statutum contra illos, qui auferunt violenter
carnes a bucceria.

51

Item quod nullus quicumque audeat a bucceria
carnes violenter auferre, sed illas ponderari fa-
ciat

ciat, et assignari patienter. Et qui contra fecerit, solvat Curiae tarenos duos auri.

52

Statutum contra buccerios vendentes carnes de nocte, vel clam in eorum domibus de die. ¶

Item, quod nullus buccerius possit vendere carnes cuiuscunque animalis occidendi per eum de nocte, vel de die clam intus domum suam, sed illas vendat in publico, et ante domum suam, et quod animal ipsum occidatur in publico, vel coram duobus probis viris, qui possint testificari de ipsius animalis bonitate, vel infectione, excepto tempore fortunali, quo ipsum occidat animal coram duobus probis viris, qui testificent, ut supra, et carnes ipsius animalis possit intus domum suam vendere, januis omnibus tamen apertis. Et qui contra fecerit, duorum tarenorum penam incurrat.

53:

Statutum contra buccerios auferentes sebum a carnibus venalibus. ¶

Item, quod nullus buccerius auferat a carnibus, quas venales fecerit, sebum. Et qui contra fecerit, solvat Curiae tarenos tres; cuius poenae, medietatem habeat accusator. Et qui carnes animalis ipsius non possit includere in apotege, scilicet in planca publica tenere, et eas vendere emere volentibus de die.

54

Statutum contra homines vendentes carnes mortuinas pro occisis, infectas pro bonis, colluctas pro castrationis, urcinas pro montoninis, scrofinas pro majalibus.

Item

Item, quod nulli de ipsa Universitate liceat carnes
vendere mortacinas pro occisis, infectas pro bonis, col-
lutas pro castratinis, urcinas pro montoninis, scrofi-
nas pro majalibus, non informato emptore de con-
dicione carniū praefatarum. Et qui contra fecerit
Augustale unum Curiae nomine penam compo-
nat. Cujus poenae medietatem Accusator debeat,
et possit habere.

Statutum contra buccerios vendentes carnes a xisia

non recepta a Catapanis
Item, quod nulli buccerio liceat vendere aliquas
carnes cujuscumque animalis occidendi per eum
quousque non fiat assisia per Catapanos. Et qui
contra fecerit, solvat Curiae tareños quatuor, ad
eamdemque poenam teneatur, mutuatís talia com-
mittenti, planeam magnariam, vel pondera in
vendicione carniū affatarum.

Statutum contra illos, qui vendunt carnes mortaci-
nas absque pondere

Item, quod tam buccerii, quam alii patroni ven-
dant carnes mortacinas ad pondus ad racionem,
quam terminabit Catapanus; ita tamen quod ven-
ditor earum nunciet emptori ipsarum carniū infe-
cionem. Et qui contra fecerit, Curiae Augustale u-
num componat.

Statutum, quod quilibet Tabernarius vendat vinum
sum quarta, media quarta, quartuccio, et medio

35.

36

37

Item, quod quilibet Tabernarius vendat vinum cum quarta, media quarta, quartuccio, et medio quartuccio; ut unusquisque in venditione ipsius vini valeat obtinere. Et qui contra fecerit, solvat Curiae tarenos duos; et ille, qui non habuerit quartam suppleat cum dimidia quarta, absque metu poenae.

58

Statutum contra Tabernarios, qui vendunt vinum lymphatum

Item, quod tabernarius teneatur, et debeat vendere vinum purum, prout ipse emit, et non lymphatum; vel cum aliqua fraude. Et qui contra fecerit, Curiae poenam tarenorum quatuor incurrat.

Statutum, quod nullus Tabernarius diebus dominicis, et festivis vendat escam, vel potum alicui ante Missarum celebrationem.

59

Item, quod nullus Tabernarius diebus dominicis, et festivis, v3: Paschatis, Pentecosten, SS: Trinitatis, Natalis Domini, Corporis Christi, nec non et omnium festivitatum Beatae Mariae Virginis, et Apostolorum, et Evangelistarum, et omnium vocabulorum Ecclesiarum dictae Terrae audeat antequam fuerit Missa sollemniter celebrata dare, seu vendere potum, vel escam alicui de dicta Terra, exceptis forensibus, et viatoribus. Et qui contra fecerit, tarenorum unum auri Curiae solvat.

60

Statutum contra Buccerios, qui vendunt carnem ultra terminacionem Catapanorum, et rigant

ut graviores fiant.

Item, quod nulli bucceris liceat vendere carnes, postquam fuerint sibi a Catapano catapanatae ultra terminacionem Catapani ipsius. Et si contra fecerit Augustale unum Curiae solvere compellatur. Et si rigaverit Sanguine carnes ipsas, ut fiant graviores, vel sordidae fiant, vel eas calcitraverit in dedecore alicujus hominis, poenam tarenorum trium se noverit Curiae incursum.

Statutum de prasservatione fistulae aquarum

21

substantia

Item si quis lavaverit in fistula Subtana, praeter manus, faciem, pedes, vel olera, solvat Curiae grana decem. Et simili modo puniatur ille, qui appilaverit foramina ipsius fistulae sistencia in muro existente subfus ipsam fistulam: ad qua penam procedatur absque denunciatione. Et similiter tenentur illi, qui lavaverint in fonte funeae etiam omnia olerarum, et..... nec in ea faciat bibere porcos, somaria, nisi manarinos sub poena praedicta.

Statutum contra piscatores facientes falcas nau-
larum

22

Item si quis piscator, vel aliquis alius inventus fuerit cum falca nauularum de nocte, vel de die, et non constituet cum uno teste fide digno

50
utrum iusta habuit res praedictas, solvat curiae ta-
renos duos: de qua poena accusator terciam par-
tem habere debet; ad quam poenam etiam pro-
cedatur absque accusatione.

63 Statutum contra sapientes lapides pontium

Item si quis ceperit de lapidibus pontium sitorum
in territorio Laurini, vel ejus confinibus, solvat
curiae Augustale unum. Et qui eum exinde
accusabit, terciam partem habeat dictae poe-
nae; ad quam poenam procedatur absque ac-
cusatione.

Statutum contra illos, qui ponunt pelles molles,
seu recentes ad assucandum in muris ipsius
Terrae, ubi sunt podia.

64 Item statutum, et ordinatum est, ut supra, quod
nullus ponat pelles recentes, aut molles, quae ge-
nerant fetorem ad assucandum in muro i-
psius terrae Laurini, ubi sunt podia, et cu-
ria regi solet. Et qui contra fecerit, solvat Cu-
riae Augustale unum; ad quam poenam
procedatur absque denunciatione.

65 Statutum contra buccerios non projicientes
ventres non fractas animalium

Item statutum, et ordinatum est, ut supra, quod
omnes buccerii, et alii facientes carnes tenean-
tur, et